

18 Denique, ut sciatur iuxta Pan- lum, qui sint hi, qui nihil sunt. Sunt in foriorum cœtu Superiortibus inobedientes, bilingues, vaniloqui & seductores, qui universas domos subvertunt, docentes quæ non oportet, turpis lucri gratia. Sane: si quidem ut aliquid vel per fas, aut nefas sint; ad honorum speciem, intra & extra claustra vivunt dumtaxat in contentione. Iam ergo discipuli dignitatem habebant: fastigia insignia Magistris meritis atque gratia decorabant. Hic perfidè inimicis in ludibrium tradendus; cæterum perduellis erat ignotus. Ut claresceret cunctis proditor; contentio facta inter eos, quisnam illorum videretur esse maior: quandoquidem ille sanè mollebatu prodicionem, qui in honore maiorem inquirebat ex ambitu dignitatem. Alia utique in promptu, sed ne gravet Didascalia, Tom. seq. dicenda, Tautolog. 1. D. 3. Qui peiores sunt, frequenter ambitione vehementiore stimulantur, ut flagitia dignitatum dissimulata dearentur. Seditiosissimi hominis pestiferis blanditijs præceptus populi favor, Consularibus comitijs, summum dedecus admittente conabatur, amplissimum ei imperium deferre cupiens; cuius teterrimis actis, exquisitum potius supplicium, quam ullus honor debebatur. Ita apud Valer. Max. 3. cap. 8. n. 3. de cuius articulo, & quare, dicemus, Tautolog. 9. D. 8. n. 12. interim vide Bernard. Epist. 28. Omnia que gerant (agunt enim, sed aguntur) minime grata (patientia laudanda est) sed molestissima. Ipsorum confessione tempora misera (inquit Seneca ubi supr. n. 2.) cum hac quoque, quibus se attollunt, & supra hominem efferunt, parum sincera sint. Maxima quaque bona sollicita sunt: nec ulli fortuna minus bene, quam optima creditur. Alia felicitate ad tuendam felicitatem opus est: & pro ipsi, que successerunt votis, vota facienda sunt. Omne enim quod fortuitu evenit, instabile est: quod altius surrexit, vergit promius in occasum. Neminem porro casura delectant. Miseriamm ergo necesse est non tantum brevissimam (vitam eorum esse; qui magno parant labore, quod maiore possideant. Operosè assequuntur que volunt: anxij tenent que affectu sunt. Nova occupationes veteribus substituntur. Spes spem excitat, ambitionem ambitio. Miseriarum non finis queritur, sed materia commutatur. Discite ab Ethnico, qualis ambitio. Radix patet malorum. In orbis perniciem nascitur, si hominum corde fo-

Seminarium c. ventionis.

Et inf. diarum.

Val. Max. Puc am. bitiosi, qui riter rini.

Descriptio vite ambiting

Senec.

vetur. Satyricus, quò dudum v. 142. succinit: Patriam tamen obruit olim Gloria paucorum, & laudis stultique Iuvenio cupido.

DIDASCALIA VIII.

Rektor indignus, dignitatis dedecus.

HINC Sapiens provocatur stomachus in vomitum, dum vidit in sapientia prudentiaque sede, stultum. Indecens est Italio gloria: quod arbitrarur fastigium, patet honoris opprobrium: igitur habet culminis rutilam gloriam, ut magis ostentet sublimitate stultitiam; quani quidem in ludibrium haud demonstraret, modò indignus & indignè dignitatem non haberet. De dignis, ac indignis dotatis, dicit Siracides: Dominantes in potestatibus suis, homines magni virtute, & prudentia sua præditi. In magna debent eligi consona. Quid quòd magnus, magnificus thronus, ubi Præfex non est magnus? Magnitudo pendet à virtute, nequaquam ab electione: equidem quod meritis fulget gloria, indignis est ignominia. Non magnus qui habet, sed qui dignè præfedit. Dignè præfedit quem sapientia ducit, prudentia regit dicunturque vici magni, qui in solio prudentia præditi; quippequam nulla, in regimem merita magna, sine prudentia. Hec vera gloria in gubernatione, prudentia.

Accinit Euripides, in Supplicib. v. 510. Sine modo non est ratio. Ergo in reliqua textus. Dominantes in potestatibus suis. Hoc est, dominantes in dominationibus, vel potentes potestatibus; ut sæpe diximus. Est ne potestas sine dominatione, & dominio sine potestate? Est utique in throni indignis; quia non dominantur in potestatibus suis: igitur potestates quibus exercent dominium, prorsum alienæ, quippe propriæ meritorum; unde si propriæ, non essent indigni. Habet dominationem in ministerio, quisquis dotibus dignus officio. Tunc illi potestas à meritis, non à dominatione potestatis; quoniam non à magnitudo, que pendet tantum à throno; & qui prudentia in dignitate præcellunt, propriæque fulgent virtute, hi dicuntur viri magis: igitur non habent dominationem

Pro

1.

I 44

Q. r. 2. ignia.

Eu

Nullam, regimem fac ma. do.

An 7. r. 1. r. 1. non ab aucto. ritate.

ex auctoritate potestatum, sed magnitudine dotium; prius potestatis & dominationis habentes honorem, quam pervenerint in honoris celsitudinem.

In potestatibus suis. Obtulerunt per eligentium suffragia, quod iam habebant per meritum: quapropter dum dotes exulant, & indotatos insulse potestatis deaurant, minime electi dominantur in dominationis potestatibus; quoniam potestatum & honorum turpe dedecus: viri que magni, in potestatibus suis antequam dominantur, dominantur; quoniam præfquam eveherentur in maiestatis cacumen, ex dotibus acquisiverant cacuminis maiestatem. Aliter & aliter digni & indigni dominantur in potestatibus suis: Indigni habent dignitatem, ut esse videantur, vel ut sint. Digni, ut illustrent dignitates, quippe sunt. His eget dignitas: illi eget dignitate: igitur ni haberent curvè fortunà fastigium; hominam essent ludibrium, qui prius opprobrium. Econtrario accidit dignis, dominantibus in potestatibus suis: quandoquidem est summus illis dignitatum honor; per merita & dotes sunt honoris & dignitatum splendor. Potestatibus suis. Quidni etiam qui non digni in potestate: Dicit Tibullus, 3. Eleg. 3. v. 22.

O mihi felicem terque quaterque diem, Nam fortuna sua tempora lege regit.

Hinc illorum ex dominatione stupor, dum habetur honor: etenim plauditur quod à fortuna eligitur, quasi lege regeretur. Fortuna illorum est, minime muneris quod deurpant, ubi illius illos filamina exorant: suaque dicitur in potestate potestas, ubi nominatur indignorum felicitas; quoniam dum digni in honorem eliguntur; felicitas non illorum, sed dignitatum. Aptius exprimitur libertate C. Iul. Cæsaris in Dictatorem Syllam (de quo Plutarchus in Cæsar. Cum Dictator inquit) minaretur Cæsari necem, & hic dicitur: Quo iure? Respondit Sylla: Potestate mea. Prompte Cæsar: Iurè dicis tuam: emisti. Emunt indigni, fortunà favente (& ut ait Capitolin. in Gordian. pag. 443.) novitate & enormitate fortunæ, quibus opus habent, in honores potestates. Eorum sunt sanè quippe parte turpi emptione. Dat census honores: verum etiam habent, minime dominantur in potestatibus suis; quoniam in muneribus dumtaxat dominantur merita, sed non indignorum munera: etenim frequenter iacent in iniquitatis, quorum dextera repleta est

Discrimine indignorum, & dignorum in culmine dignitatum.

Tibull.

Dignus, dignus v. 2. 2. 2. 2.

Appobite ma Casa rin.

Plutarch.

Iul. Capitol.

ad emptionem muneribus. Habent cum potestatis honores, sed in ipsis nequaquam dominantes; quippequam tantum ex illis potestatis dedecus, ut vel ipsi se cognoscant dominationis indignos. Nec viri, nec ad parendam, nec ad imperandum apti, apparatus imperij dedecorantes: inquit Plutarch. in Sertor. Patet utique fortunæ dumtaxat meritum; qua de causa qui inidonei, solum avidè percipiunt potestatis apparatus. Virgil. in Opuscul. succinit verè:

O fortuna potens, quam variabilis! Tantum turis atrox que tibi vendicatur. Eversis bonos, eligis improbos; Nec servare potes muneribus fidem: Fortuna immeritos auget honoribus.

Discrimen horum demonstrat Salomon pleonafmo illustri, de quo fusè egimus, Tom. 4. T. 6. n. 7. & 24. nimirum: Est qui stultus apparatus elevatus in sublime. Quis igitur si in sublime evectus, non elevatus, aut econtra? Dignè vel indignè electus: equidem cum merita, & non munerata constituent elevationem; digni sine elevatione possident sublimitatem, & indigni iacent etiam in sublime elati, quoniam elevati indignè. Non sedem habent, sed occupant: thronos non habent, qui maculant: & dicitur in sublime elevatus, quoniam in ascensu throni potest esse non ascensus: equidem stultus est in loco superiore, elevatus nequaquam est in sublimi, est stultus, & stultus non fit thronus. Dignitatis ex virtute; non virtuti ex dignitatis honor accidit. Boët. in Hist. lib. 2. de Consolat. Philosoph. Unde cum deficiantia, inopiantia, indignitate, stoliditate, in honore bambaliones nec ullam habeant virtutem; in elevatione sublimiore non habent sublimitatem. Fama servit ineptus, & rutilat falsus honor: accinit Horat. 1. Epist. 16. à v. 39. Si honor falsus, sine honore: & qui in honore sine honore sedet, non sedet, sed in sublimi iacet. Flatus fortunæ fuit. Si à fortuna, vel in sublimi non magnitudo vera. Succinit idè ibid. à v. 31.

Respondere tuo (dic sodes) nomine: Nempe

Qui dedit hoc bodiæ, cras, si volet, auferet: Idem.

Detulerit fasces indigno, detrahet idem.

Pende periodum. Est qui stultus appareat, postquam elevatus est in sublime. Haud sublimitas stultum fecit, etiam celsa attonent; dum stultus elevatus apparuit. Erat, sed pretium pro dignitate stultus

Indignus à fortuna elatus.

Plutarch.

Virgil.

Prov. 30. 32.

Vel dum sublimis sedet, iacet.

Boët.

Horat.

Quis sit
enclitica
cognoscitur
eius
tuis

Senec.

Indignus
insultus

Ubi nul-
la meri-
ta, patet
iumentum
insultata.

Perf.

Virgil.

stultitiam deaurabat. Unde cum ab ele-
toribus removerentur munerum conspi-
cilla (quae in cœcitate mutaverat for-
tuna fatua) quem elevatione in sublime ti-
dens exivit, sine meritis ineptus stultissi-
mus apparuit. *Quis est ergo hic? Quid
enim* (inquit Seneca, *Epist. 41.*) *est stul-
tius, quam in homine aliena laudare? Quid
eo dementius, qui ea miratur, quae in
alium protinus transferri possunt? Non
faciunt meliorem equum aurei freni. Quis
fit, ex exercitio apparebit: conditio lau-
dit. Videbitur in propria conditione, si
elevatus in sublime. Iumentum quoddam
cum fugisset leonem rugientem, & super
evasis per industrium venenatorem (ait
Phædrus in *Fabul.*) qui sagittis confossi
pellem detraxit, quam in aëra, ut siccaretur
extendit, quando hinc inde venaretur. Ut
vidit asinus, pellem furatur: illaque indu-
tus cupit alijs animalibus terrorem incu-
tere, ut ipse passus; & tumens per arva
huc atque illic volutabat vagabundus.
Aliæ bellæ pastum ibant, sed videntes leo-
nem magnum, recedebant. Causam re-
quisivit occurrens fugientibus vulpes; &
illas expectare iussit, quouque veritatem
exploraret. Accessit clanculum, & asinus,
ex voce quæ videbat animalia terret: va-
lidè stolidè rudit. Tunc vulpes ad illa:
Longè formidò sit: non leo, sed asinus est.
En species stulti, qui insignia leonis asu-
mit, elevatus in sublime. Uti leo bellis-
simus Princeps, collocatur in folio insultis
dignitatis. Cultus mirabilis, dignus imperio,
cuius maiestatem sequitur veneratio,
ex sublimiore honore: & stultus ap-
paret, postquam elevatus in sublime; quip-
pequam per ruditum, non leonem esse
constat, sed pleissimè iumentum. Ha-
bitu alieno dignitatis induitur, colitur-
que, quoniam neutiquam cognoscitur: ac
cum tenore vocis demonstraret cuius men-
tis per furtivas dignitatis insultas,*

— *Ut Arcadia pecunaria rudere credas.*
Ita Perusius, *Sat. pr. 3. v. 9.* Aptius Virgil. *7.*
Aeneid. v. 15. ubi:

— *Iraque leonem,*
— *Sera sub nocte rudentum.*

Proprius leonis est rugitus, non ruditus:
ex vocis improprietate nostræ Didasc. aliter
constat scopus, ubi ab indigno ex insignijs
præclari, præcellentis honoris, quasi leo-
nis exuvijs aptatur pellis; cuius specie qui
stolidus fulgeat in dignitate dotibus sum-
mus, cum sit leoniâ pelle etiam auribus
astellus: etenim decursu temporis hor-
rore dissono vocis, dum quarunt in

throno leonem, leonem vident, sed rui-
dentem, demonstrantem ad populum
phaleras (stolidis rudibus insultas) & in-
terrogantem ratione pellis, & fulgore ho-
noris:

— *An deceat pulmonem rumpere ventis,*
Sremmate.
Frequens stultorum vanitas, dum habent
hominum insultas.

6 Antequàm Salvator N. triumphans
ingereretur Ierosolymas, erat quidam
asinus ligatus. Videamus ergo, post eius
solutionem, cuius usus. Discipuli missi
*dixerunt illum ad Iesum, & imponunt
illi vestimenta sua, & sedit super eum.*
Subditus erat, quippe regere nequibat: se-
ditque super eum, ut tenor rationis in re-
gimine sit: etenim ordo praproprietatis, ni
asinus subditus. *Sedit super eum:* genius
stupidus asper, debet aliquem habere de-
super: alius, quid non calcibus conteret
asinus solutus & dissolutus: Videbis di-
cta, *Tom. 1. T. 4. D. 11. n. 8. & Tom. 4. Di-
dasc. 5. Tautolog. 6. à n. 22.* Hinc inter
pognostica mortis Alexandri Magni, ut
refert Plutarch. in eo: *Leonem, qui ab-
bantur maximum & pulcherrimum, asi-
nus cœur aggressus, calcè impaciâ occide-
rat.* Quid non formidini, si prævalent
asini? Pende: *Sedit super eum.* Apud
Marth. *Eum desuper sedere fecerunt.*
Quasi invitus demonstratur Christus: dum
ut fœdat, gradibus exponitur asinus. Non
mirum: subvix quidem exercitium, consti-
tuiti Superiorem iumentorum, quæ vel ne-
cesse ligare, vel solutionem timere: igitur
qui super sedet, ni firmiter maneat, &
dorsum præmat (ubi capite illorum magis
prono) exponitur præcipitio. Nihil aliud
intendant, nisi ut onus excutiant. Si stimu-
lantur, succumbunt. Si laxantur, nec pro-
cedunt. Illos uti desides relinquere, est,
nihil agere: quippe nihil ponderis, nisi
coactum fruges. Profecto nemo nisi
conatus, potest accedere in huiusmodi
munus: nimium quippe patet gravi-
men, asinorum regimen. Siccine asini
sub directione ducis. Quid ergo in leva-
men, dum asini superiores: Superiores
asini.

7 Pende textum. *Dixerunt pullum
ad Iesum, & imposuerunt illi (discipuli)
vestimenta sua.* Vestibus hominum, iu-
ventum patet indutum: sed est iumentum.
Per indumenta (ut alibi dixi) indicantur
dignitatum insignia: quæ proprie homi-
num vestes, indices honoris & dignitatis:
quoniam regiminis munus dimittaxit: co-

petit
rationibus. Aliquando indigni, homi-
num in duntur veste, ex aliena digni-
tate; quæ videntur sibi homines, cum non
sint; quippequam illorum insipientis cor,
sine ullo specimine rationis; cultu vene-
rando dignitatis, ostendentes & ostentan-
tes hominum ornamenta, quæ debebant
in notionem esse ephippia. Minime per
dignitatis ornatus, qui in culmen asum-
ptus, iudicandus est dignus; sed qui res-
pondet dotibus dignitati, exprelsis decora
veste; & quippe dignitati sunt decori.
Fallit externa species oculos insipientium:
haud merita discernentium, sed ornatum
meritorum: asinumque insultatum, signat
Evangelista asini pullum; igitur vel vesti-
bus hominum erat insigne iumentum. Ul-
terius. *Pullum & imposuerunt illi ve-
stimenta sua.* Tò Sua cui referendum? An
vestimenta sua pullo imposta; vel illi ho-
minum vestimenta: Licet hominum ve-
stimentis ornatus, erat asini pullus: & in
novitatem articuli non sua, sed aliena di-
citur asinus deportasse vestimenta; quon-
iam mirum, hominum ornamenta portare
formam; qui ut nosceretur, debebat iu-
giter portare clitellam. Opportunè Petr.
Costalium in *Pegmat. accini:*
*Nostra quoque ignavis subsellia complet
onagris.*
Unde tibi latus clavus & unde roga?
Te iurata latere sancti consilia senaris,
Te legum & iuris pagina sacra fugit.
An te Superiore regina pecunia fecit.
Ille Magistratus sola creare valet.

Perf. d.
v. 7.

Marc.
11. 7.

Quam
molis sit
regimen
asinorum.

Plutar-
ch.

Marth.
11. 7.

Ornata
honorum
ele-
vatum
faciunt
dignum.

Petr.
Costal.

Qui in-
digni,
sumunt
ambitio-
si.
Hieron.

M. Var.

Augul.

petit rationalibus. Aliquando indigni, homi-
num in duntur veste, ex aliena digni-
tate; quæ videntur sibi homines, cum non
sint; quippequam illorum insipientis cor,
sine ullo specimine rationis; cultu vene-
rando dignitatis, ostendentes & ostentan-
tes hominum ornamenta, quæ debebant
in notionem esse ephippia. Minime per
dignitatis ornatus, qui in culmen asum-
ptus, iudicandus est dignus; sed qui res-
pondet dotibus dignitati, exprelsis decora
veste; & quippe dignitati sunt decori.
Fallit externa species oculos insipientium:
haud merita discernentium, sed ornatum
meritorum: asinumque insultatum, signat
Evangelista asini pullum; igitur vel vesti-
bus hominum erat insigne iumentum. Ul-
terius. *Pullum & imposuerunt illi ve-
stimenta sua.* Tò Sua cui referendum? An
vestimenta sua pullo imposta; vel illi ho-
minum vestimenta: Licet hominum ve-
stimentis ornatus, erat asini pullus: & in
novitatem articuli non sua, sed aliena di-
citur asinus deportasse vestimenta; quon-
iam mirum, hominum ornamenta portare
formam; qui ut nosceretur, debebat iu-
giter portare clitellam. Opportunè Petr.
Costalium in *Pegmat. accini:*
*Nostra quoque ignavis subsellia complet
onagris.*
Unde tibi latus clavus & unde roga?
Te iurata latere sancti consilia senaris,
Te legum & iuris pagina sacra fugit.
An te Superiore regina pecunia fecit.
Ille Magistratus sola creare valet.

8 Hæc merita indignorum, quæ re-
legantur merita: pretio rapiuntur falces,
& sit electio potestate favoris; quippe ho-
norum obtinetur venalis cultus, ex his
quæ callide excogitavit ambitus, & sine
respectu legum, ignominia meritorum, &
deturpatione dignitatum. *Quamvis clarus
honor* (ait Hieronym. *Epist. 101.*) *vile sit:*
*& apud viros bonos indignior sit ipsa di-
gnitas, quam indigni possident.* Simix in-
sultata sunt; & vel insultate, simix: quæ
estis teræ miscetur ignis, ardereque or-
bis, tendunt in ambicium, exemplo indi-
gnorum, sed felicium. *Tanta* (inquit M.
Varro, de *Vit. popul. Rom.*) *invadit cupi-
ditas honorum; ut vel celum ruere, dum-
modo Magistratus adipiscantur, exoptent.*
Totum studium in dolos varijs embolijs,
moliminibus artibus, sed nullis meritis. *Glo-
riam, honorem & imperium bonus & igna-
vus æque sibi exoptant* (inquit Augustin. *5.*
Civ. cap. 12. *sed ille verè viâ nititur: hie;*
quia bona artes desunt; dolis atque falla-

cijis contendit. Unde Calphurn. *Ecolg. 5. v.*
119. succinit:

Si fors cadit, utitur auro.
Astruit M. Seneca *Controv. 9.* *Nulla ma-
teria in rebus humanis, quam casu cla-
rius ostendit virtutes. Senatorium gra-
dum census ascendit. Census equitum
Rom. à plebe discernit. Census in castris
ordinem promovet. Censu index in foro
legitur. Non persuasio tibi? I ad illos,
quos mavis sequi, quam reducere. Tibi non
noveris divitias: esse paupertatem? Quis
est ille quem magna fortuna non deceat?
Facile dubijs responsum: Ille qui defectu
dotium ascendit ad dignitatem per cen-
sum, factus honoris opprobrium; respi-
ciens ergo meritorum paupertatem, cen-
su ac muneribus decidit in ambitionem.
Aulonius *Epitaph. Imperat. 22. & 24.* mo-
dularur:*

*Tunc, etiam Augusta sedis penetralia fa-
das:*

In visu populi tu Caracalla magis.
9 In sacris Maturæ Dex (de quibus
agemus in *Ephemer. ad 10. Iun.*) haud lo-
cus concedebatur ancillis, nisi unæ, quæ
arbitrabatur se felicem; quoniam sola,
cum esset serva, ad matronarum vocabatur
folemitatem. Verùm quid inde? Quæ
ducta à fortuna, non in decus vocabatur,
sed opprobria: equeidam à matronis
cunctis, pene ad mortem cedebatur cola-
phis; ita ut cum ex tanto cogitato ho-
nore, & templi agredereur limine, facie
ictibus tumida, sibi constaret ad publica
destinatam fuisse ludibria; dum sine for-
ma occurrentibus exponeret vultum,
haud feminam videntibus, sed horribile
monstrum. Accedit sanè indignus ad la-
cra Maturæ, quandiu uti indoratus ac
inhabilis, fortunæ servus accedit: etenim
ubi sibi videtur honorificè vocari in thro-
ni elati fastigium, proculdubio vocatur
ex felicitate infelix in improprium. Hoc
opus servi, qui delere cupit per alapas
(quarum ictu exprimebatur olim libertas,
ut fuscè dicemus, *Tom. seg. T. 4. d. n. 36.*) in-
famiam servituti; per avidam libertatem
dignitatis. Claudian. *in Eutrop. 4. v. 156.*
in rem succinuit:

— *Summus invastit honores,*
Quos neque vota pati, nec fingere somnia
possunt;
Quid nihil optasse plus libertate mereri:
Alte tumescunt ferociles animi.

10 Audiator Salomon. *Sicut qui mit-
tit lapidem in acerbum Mercurij* (inquit)
ita qui tribuit insipienti honorem. Alludic

M. Sen.

Dat cen-
sus hono-
ret.

Aulon.

Ritus in
faciema-
gura.

Indigna
oppo-
briam de
cor digni
tantum.

Claud.

Prov.
26. 8.

Mercu-
rij ima-
ge.

Offensa
tio bene-
rii non
est honor

Insigni
dum af-
fuitur,
in cuius
insigni-
tate.

Marian.

Pfal.
46. 2.

ad morem, quo in trivijs cumulo lapidum statum Mercurij imponebant Ethnici; de quo Gyrald. *Syntagm.* 9. Natal. Com. 5. *Mytholog.* cap. 5. & Claud. Mirus in *Aleiat. Emblem.* 8. Quid lapidum iactatio cum Mercurio? Non erat Mercurius, sed imago, repr. sentans eius formam & figuram. Mercurio olim ratio attributa, atque per alas in temporibus expressa: & dum honor insipienti conceditur iuxta statuam Mercurij lapides exprimuntur; quoniam dignus lapidibus, in honoribus; qui ascendens in dignitatem, dumtaxat habet throni representationem: etenim ubi prudentia quaeritur per honoris insignia; in tanto salto solum invenitur statua. Qui digni munere cum intellectu maiestatem demonstrant; sed qui stulti, in maiestate imaginem dotium signant: conferuntque cumulo Mercurialium lapidum, qui indignè adipiscuntur piscantes fastigia honorum; quippe stulti lapidibus obruendi, quandùm uti stulti fedent tumentes in throno, & dumtaxat per insignia non honor prudentiæ exponitur, sed imago: quandoquidem vident inferiores lapidem, quem in regimen prudens expeditabant tantquam Numen. Mercurius inter Ægyptios pingebatur facie, partim nigra, partim aurea. Natal. Comes, d. & Albric. de *Imagin. Deor.* n. 6. Aurea facies electores spectat, nigra subditos iritat: & iuxta stultum electum, quasi ad statuam Mercurij statuitur cubulus lapidum; quoniam nihil aliud intenditur, dum stultus in honorem eligitur, nisi quod quilibet transiens lapidibus infectetur: nemini enim placet venerant dignitatem, videre illius ex Superiore nigredinem; siquidem rationi innatum, vel lapidibus iactis persequi monstrum. Denique in proprietatem apodosis, perferendus Hyllus antiquitatis. In Testis vel lapidibus (ut refert Plotarchus in *Aristid.*) suffragia olim ferebantur. Liquer iam cur qui student insipientis honoris; sicut qui mittit lapidem in acervum Mercurij: igitur dum suffragijs in honorem approbatur indoctus; lapidum cumulat acervus; quoniam si vocales elevans in suffragijs saxa, ut lapideret, ministrant, Mariana, hic: *Mercurij in cumulum si iactaris lapidem, erras.*

Non fecis infano latus inanis bonos.
11 Perproprie, *Honor inanis*, quia sicine sedenti non est honos. Dicit nostra Tautologia. *Seder super sedem sanctam suam.* Bernard. ut vidimus in *Verfion.* n.

45. *Super sedem condignam.* Non sedes condigna; si sedenti noxia merita; quippe sedes maiestatis sed non sua. Omni dignè habenti munus dabitur: ei autem qui merita non habet, & quod videtur habere, auferretur ab eo. Uti in lada proditore, locum dignitatis Apostolicè habente, locus non est; ut abiret in locum suum. Unde qui fulget meritorum maiestate; sedet splendore in sede: qui verò indignus, in sede minimè sedet; quippequam sedendo cadit. *Vidi implum superexaltatum* (inquit David) & *elevatum super Cedros Libani.* Non novum in mundo; vitia florent, & merita argent. Saepe ubi grassatur iniquitas, volat honorum maiestas: quapropter ut in *Sylla*, inquit Plutarchus: *Longe maiorem ex ignominia, quam ex honore nobilitatem affuisse perhibens: plus dedecus eius, quam honor illustrat fuit; eo in dies secum florescente morbo.* Homo natura arrogans & iactabundus, ex obscuro loco emergens. Hinc Iuvenalis, 1. *Saty.* v. 77. ait: *Aude aliquid & carcere dignum, Si vis esse aliquid.*

12 Ergo in propositum. David præfatam exaltationem viderat, subditque: *Transive, & ecce non erat. Quæsiui eam, & non est inventus locus eius.* En indignorum scena, vel in maiestate augusta. Sedens stultus erat, & in sede non eras quippe vel in throni sede nullus thronus, quando federat indignus. Dicit contextus. *Quæsiui eam, & non est inventus locus eius.* Ille in loco maiestatis apparuit, quod præposterè elevatus; sed eo loci eius nequaquam locus inventus. Si locus eius erat solum & sedes qua sedebat; quomodo solum & sedes sine mutatione peribat? Sedes dependet à meritis, non à maiestate dignitatis: & cum indignus sederet, sedem in sede maiestatis non obtinuit; etenim sedere non poterat, qui dignus sedere non erat. Qui sedem præclaris instrumentis perpolit, in honoris se fedet. Eius in munere locus invenitur, ubi dotibus fedentis illustratur: & in loco sedis, quod exaltatur indignus, nec invenitur locus; quippequam dum in sedem ascendit per indigna; sedes ipsa, qua sedebat, erat vacua. *Non est inventus locus eius.* A prudentia regentis pendet fulgor dignitatis: & dum sedet stupidus, dignitatis non est locus; quoniam ascensus eius in sedem honoris; pro splendore patet exterminium dignitatis. *Transivi, & ecce non erat:* etenim tanta maiestas, quam contraxit ascen-

Sine me-
ritis ho-
nor inani-
tis.

Pfal. 46
55.
Nume-
rantur
vitia.

Plutarch.
ch.

Iuvenal

Ib. v. 36

Cassiod.
Econtra
dignem
honorem
bonerat.

Insigni
in bene-
re non
habet ho-
norem.

In eum
insignia
fortuna.

ascendens iniquitas; totum auctoramen honoris, sublimitate. Sedes, haudquamquam erat, ut indotatus sederet, sed ut eaderet. *Munera ista fortune paratis Insidie sunt:* ait Senec. *Epist.* 8. & *Mander in Helen.*

Senec.
Menad.
Apoc. 4
à. 2.

13 Seder igitur in honoris maiestate, qui iure seder. *Sedes* (dicitur) *posita erat in celo, & supra sedem sedens:* & *qui sedebat.* Quorsum toties iteratur suppositum? Ut signet in sede throni dignum, etiam & indignum. Sedes in sedem intravit: & sede posita signatur supra sedem sedens; quoniam per digna merita sedes digna: igitur indignus in solio, quantumvis sedem occupet; sedendo in sede non sedet. Dedeceatur decore. Decus hoc ludibrium est: igitur nullum malus; si in loco dignitatis ad sedendum non sit locus, & in fastoso dignitatis throno, præ indignitate non federe sedendo: non enim sedendo sedet quem sedes ipsa extra thronum excludit. *Supra sedem sedens, & qui sedebat.* Non est ploa-temus, quippe obijetur munere dignus. Sunt utique merita in culmine honorum collocata. Sunt etiam extra dignitatem merita. In culmine, dum in sede sedet, qui dignè moderatur: extra culmen, qui dignitate defungitur: & cum munus, qui dignus habuit, non habet, de illo dicitur, *Sedebat*; siquidem præ meritis, qui dignus, possidet dignitatem, sicut qui indignus, in sede non habet sedem. Atruit Cassiodorus, 1. *Var. Epist.* 13. *Illustrum virum* (ait) *litterati dogmatis opinione fulgentem, magisterij honore subvectimus; ut gereret nomine, quam possidebat meritis dignita-*

tem. Possidebat antequam obtinisset; quia habere intravit, factus in assumptione dignitatis decor; & honoris sublimis sublimior honor.

14 Scripturæ singularis phrasis pro honore dignis, in maiestate sedis. *Posuit Regem, in throno honoris sedentem.* Pendet hypallagen: Throno scilicet honoris, pro honore throni. Cur igitur huiusmodi schemata in maiestatis & sublimitatis umbra? Ut cluceat quid ex sessione digni vel indigni, in maiestatis sede. Qui indignus, sedet in honore throni, verum longè à maiestate; quia sicut accinit Antonium, in *Sapientib.* h. p. gram. 5. *Non sunt honores iniqua fortuiti munus.* Dum sedet dignus libi & honori conciliatur honos; & dum eedet præclaris undique meritis, sedet erectus in throno honoris; siquidem indigno non honor, quod digno honoris splendor, cum in honoris sede sit sine honore, & throni maiestas celsa sine throni maiestate. Splendor dignitatum coruscet ex præstantia meritorum; alias sine dotibus, quod decus, est dignitatum ludibrium. *Dececebatur Seiano* (ait Seneca de *Consolat. ad Marciam*, cap. 22.) *statua in Pompeij theatro ponenda. Exclamavit Corvus: Tunc verè theatrum reperire. Quis ergo non rumperetur, in monumentis maximi Imperatoris, consecrari pestifimum militem?* Elucet obscuritas honoris sine meritis: igitur tantum decus, ubi dignissimi munus haudquamquam in plausum, dum alæ extenduntur extra nidum. Horatius, 1. *Epist.* 7. à v. 43. — *Magis apta tibi tua dona relinquam: Parvum parva decent.*

Ecclesi.
24. 34.
Hypallag

Antonij

Taxia
merita
vel deme-
rita, glo-
ria throni
aut ig-
nomina.

Senec.

Horat.

